Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



82.

Verba notis brevibus comprendere cuncta peritus,
Raptimque punctis dicta praepetibus segui.
Aspera nonnunquam praecepta, et tristia visa
Impube vulgus moverant ira et metu.
Doctor amatus enim discenti semper erebo,
Nec dulcis ulli disciplina infantiae est.
Eue, fidem quatiens tempestas seva premebat
Plebem dicatam Christianae gloriae.
Extrahitur caetu e medio moderator alumni
Gregis: quod aris sacrificare praeverat.
Saenarum artifici, quaerenti, quod genus artis
Vir noscet, alto tam rebelli spiritu;
Respondent: Agmen teneum ac puerile gubernat,
Fictis notare verbis signis imbuens.
Ducite, conclamat, captivum ducite, et ultra
Donetur ipsis verberator parvulis.
Ut libet, illudant, lacerent impune, manusque
Tingnant, Magistri seriatas sanguine.
Ludum discipulis, volupe est, ut probeat ipse
Doctor severus, quos amis coenuit.
Ut vincitur post terga manus, spoliatus amictu:
Adest acutis agmen armatum stylis.
Quantum quisque odii tacita concegerat ira,
Effundit ardens sette tandem libero.
Conjiciunt alii fragiles igne ora tabellas
Frangunt: relisa fronte lignum disilit.
Buxa crepant cerata, genis impacta cruentis,
Lubetque ab ictu cutra tumens pagina.
Inde alii stimulos et acumina ferrea vibrant,
Qua parte aratis cera fuliis scribitur;
Et qua secti apices abolentur, et aegroris hirti
Gurgus nitescens innovatur area:
Hinc foditur Christi Confessor, et inde secatur:
Pars visens intra molle, pars scindit cutem.
Omnia membra manus pariter fixere cruenta
Totidemque gutta vulnerum stillant simul.
Major tortor erat, qui summa pupugerat, infans,
Quam qui profunda perforarat viscera.
Ille levis, quoniam percussor morte negata
Saevit solis sit dolorum spiculis.
Hic, quanto interius vitalia condita pulsat,
Plus dat medelae, dum necem prope appetiat.
Esse, precor, fortes, et vincite viribus annos!
Quod desit aevo, suppleat crudelitas!
Sed male conatus tener infirmusque laborat;
Tormenta crescunt, dum fatiscit carnifex.